AUGUSTINUS
12. Jh.
Seite 124r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26074
Copyright: Admont, Benediktinerstift

ihe que si scripta essent arbitror totum mundum non posse
libros capere. Illum sunt quidem alibi sine dubio suscitati
[illegible] si non frustra tres commemorati. Non enim
nir ihe ea quae faciebat corporaliter. etiam spiritaliter uole
bat intelligi. Neque enim tantum miracula propter mira
cula faciebat. sed ut illa quae faciebat mira eum uiden
tibus uera eum intelligentibus. quemadmodum qui
uidet literas in codice optime scripto. et non nouit le
gere. laudat quidem antiquarii manum admirans
apicum pulchritudinem. sed quid sibi uelint quid indicent
illi apices nescit. et e oculis laudator minor est magnitor.
Ad luscam et laudat artificium et capit intellectum. ille
utique qui non solum uidere quod commune est omnibus pot
est. et iam legere quod qui non didicit non potest. ita qui u
derunt xpi miracula et non intellexerunt. quid sibi
uellent. et quid intelligentibus quodam modo innuerent
mirati sunt tantum quae facta sunt. Alii quidem et facta mi
rati et intellecta affecuti. Tales nos in schola xpi esse de
bemus. Qui enim dicit xpm propterea fecisse tantum
miracula. ut non essent nisi miracula potest illum dicere
et iam nescire quod non esset tempus pomorum quando ficus
quesiuit in arbore. Non enim erat illius pomi tempus
sicut euglista testatur. Et tamen esuriens poma quesi
uit in arbore. Xpe nesciebat quod rusticus sciebat.
quod nouerat arboris cultor. non nouerat arboris creator.
Cum quidem esuriens poma quesiuit in arbore significauit se
aliquid esurire. et aliquid aliud querere. et arborem illa
sine fructu foliis plenam reperit et maledixit et aruit. Quod
arbor fecerat fructum non afferendo. quae culpa arboris.

Nota.
omnibus responsum
tua dno.

Nota bm.